

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Siebenundzwanzigster Band.



**Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1902.**

IV.

Urkunden und Forschungen

zu den

Regesten der staufischen Periode.

Zweite Folge.

Von

Paul Scheffer-Boichorst.

Nach Pirro, *Sicilia sacra* II, 1159 ed. 1733 hätte Heinrich VI. dem Kloster eine Urkunde ausgestellt *Messanae 7. Februarii 1196*. Im Februar 1196 war der Kaiser aber in Deutschland. Daher habe ich im N. A. XXIV, 128 erwogen, ob hier nicht Rechnung nach Oster- oder Marien-jahren angewandt sei, denn im Februar 1197 hat Heinrich sich allerdings in Messina aufgehalten. Nun ist der bisher unbekannte Wortlaut aufgefunden worden, und daraus ersieht man, dass Pirro die einzige Jahresbestimmung des Diploms falsch aufgelöst hat. Die 13. Indiction gehört zu 1195; thatsächlich hat Heinrich aber auch im Februar 1195 Messina besucht.

Das Verdienst, uns mit dem vollen Texte zugleich die volle Sicherheit der Datierung gegeben zu haben, gebührt P. Kehr, der im Provinzialarchiv zu Catania eine dreifache Ueberlieferung entdeckte¹.

1) *Fundatione del monasterio di S. Leone di Pan-nachia*, mscr. chart. saec. XVII, arca 1, vol. 9, fol. 41. Aus dem Original.

2) *Registrum privilegiorum et concessionum antiquarum ad favorem monasterii S. Nicolai de Arenis*, mscr. chart. von 1716, arca 4, vol. 1, fol. 6. Aus dem älteren, verlorenen Registrum.

3) *Copie dei privilegi del monastero von 1751*, arca 58, vol. 1, fol. 27. Aus 2, doch mit kleinen Variationen.

Abschrift und Vergleichenungen stellte Kehr mir gütigst zur Verfügung, und so kann ich zu der früher auch unbekannten, dann im N. A. XXIV, 129 veröffentlichten Urkunde, die Friedrich II. im Februar 1202 dem Kloster ertheilte, ein weiteres Ineditum hinzufügen.

Heinrich VI. bestätigt dem Kloster in Anbetracht seiner Ehrbarkeit und Religiosität die Mühle Ru-

1) Vgl. Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1899 S. 307. 308.

vetto, bezüglich deren ihm der Prior Peter mitgetheilt hat, dass sie, ein zerstörtes Werk, als Entschädigung für die 200 Tarenen, die unter Wilhelm I. und II. die königliche Dogana jährlich zur Kleidung der Brüder gezahlt habe, seiner Kirche überwiesen sei, dass er dann auf ihre Wiederherstellung viel Mühe und Kosten aufgewandt habe.

1195 Februar 7, Messina.

Henricus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Significatum fuit sublimitati nostre per fratrem Petrum priorem, fidelem nostrum, et per fratres ecclesie sancti Leonis de Monte Gibello, quod, cum temporibus regis Guilhelmi primi et secundi annuam^a elemosinam percipere consuevissent a duana regia Tarenos ducentos pro indumentis fratrum, tandem in recompensatione illius elemosine assignatum fuit eidem priori et ecclesie quoddam molendinum destructum in tenimento Paternionis, quod dicitur de Ruvetto, in cuius reparationem^b et edificium predictus prior labores multos substinuit et expensas. Considerantes igitur^c honestatem et religionem eiusdem loci, in deserto et solitudine positi, molendinum illud concessimus et confirmavimus^d eidem priori et ecclesie ac fratribus ibidem domino famulantibus libere et sine contradictione et molestia perpetuo possidendum. Si quis autem huic concessioni nostre temerario ausu in aliquo contravenire presumpserit, iram et^e indignationem nostre maiestatis incurrat.

Datum Messane septimo die mensis Februarii tertie decime indictionis^f.

S. Maria zu Arbona¹.

Irgendwo kaufte ich das gut erhaltene Exemplar der Bestätigung Friedrichs II. von 1223, in die er sein Privileg von 1221 einrücken liess. Die Mönche sahen sich genöthigt, den Wortlaut der kaiserlichen Kanzlei vorzulegen, wahrscheinlich doch, um mit seiner Hülfe einen Angriff

a) *annuatim* 2. 3. b) *constructionem* 2. 3. c) *ergo* 3. d) *confirmamus* 2. 3. e) *iram* et fehlt 2, dafür *nostram*; blos *indignationem* 3. f) *millesimo centesimo nonagesimo quinto* 2. 3.

1) Vgl. über das Kloster, als dessen Name auch Ara Bona begegnet, Bindi, *Memorie degli Abruzzi* 651. Die dort 652 angeführte Urkunde Manfreds = B. F. W. 14792.

abzuwehren. Da sie es aber für gefährlich hielten, das Original den Wechselfällen einer weiten Reise auszusetzen, so baten sie ihren Bischof Odorisius, der am Hofe wohlbekannt war¹, um Beglaubigung und Besiegelung der auf uns gekommenen Abschrift². Diese Geschichte der Ueberlieferung und Erhaltung hat ein gewisses Interesse. Mehr Beachtung verdient der Inhalt.

Friedrich II. willfährt den Bitten des Abtes Johann, die sein verdienstvoller Abt Johann von Casamari unterstützt, das im März 1221 zu Bari dem Kloster ertheilte Privileg in Form der Wiederholung zu bestätigen, aber die Clauseln: *nisi de feudis aut curie servitiis fuerint obligata*³ und *salvo mandato et ordinatione nostra*⁴ darin bei Seite zu lassen.

1223 Januar, Foggia.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Inter cetera pietatis commercia et insignia maiestatis, que in actoris sui titulos referuntur, illud uberiori fructu colligimus et perpetuitatis he[rario nostro] servamus, quod venerabilibus locis et in castris dei militantibus provida consideratione largimur. Dum enim libertatis ac protectionis gratiam fratribus deputatis ad obsequia divina porrigimus, liberiores eis domino famulandi copia[m imper]timur. Hinc est igitur, quod Iohannes venerabilis abbas monasterii sancte Marie de Arbona Cisterciensis ordinis, fidelis noster, ad presentiam nostram accedens maiestati nostre attentius supplicavit, ut privilegium a maiestate nostra p[redicto mo]nasterio de Arbona indultum post curiam Capue celebratam pro eo quod in eodem privilegio conti-

1) Wir finden ihn am Hofe 1241. 1243. 1245. B. F. 3241. 3343. 3346. 3465. 3466. Danach wird man die Zeit seiner Beglaubigung mit einiger Wahrscheinlichkeit bestimmen dürfen. 2) *Ego Odorisius divina miseratione humilis episcopus Marsicanus ad petitionem venerabilis abbatis sancte Marie de Arbona authenticum privilegium dicte ecclesie, quod est scriptum presenti pagina pro nota dicti privilegii, legi et inveni illud non cancellatum, non abolitum, non abrasum nec in aliqua parte sui viciatum, et quia periculosum est, dictum authenticum privilegium deferre in remotis partibus et ut habeatur fides de omnibus supradictis huic note presenti, nostro sigillo notam presentem dicti privilegii roboravi.* 3) Die Formel begegnet z. B. in dem S. 115 veröffentlichten Privileg und in dessen Vorlage, die ich schon N. A. XXIV, 192. 193 mittheilte, ebenso in dem für Barete, unten S. 83. 4) Vgl. Sitzungsber. der Berliner Akademie 1900 S. 135.

nebantur clausule iste scilicet: 'nisi de feudis aut curie servitiis fuerint obligata' et 'salvo mandato et ordinatione nostra' rescribi et easdem adimi clausulas iuberemus. Nos itaque prefati abbatis et conventus eiusdem monasterii honestam vitam et religionem laudabilem attendentes, ad preces quoque dilecti fidelis nostri Iohannis venerabilis abbatis Casemarii, cuius obsequia nostre sunt celsitudini gratiosa, privilegium ipsum remotis clausulis illis videlicet: 'nisi de feudis aut curie servitiis fuerint obligata' et 'salvo mandato et ordinatione nostra' iussimus rescribendum. Cuius privilegii tenor talis est:

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Inter alia pietatis opera, quibus imperialis dignitas uberius exornatur, liberalitas obtinet principatum, illa precipue, que ad utilitatem et commodum locorum venerabilium exercetur. Nam si a terreno principe particula datur, illius interventu qui affluenter tribuit universa, quod dat, ad eum fenore multo revertitur, precipue cum videtur, quod pro terrenis eterna provida meditatione mereat. Hac igitur ducti consideratione laudabili diligentia attendentes honestatem et religionem tuam Iohannes venerabilis abbas sacri monasterii sancte Marie de Arbona Cisterciensis ordinis et aliorum fratrum tuorum ibidem domino servientium pro animabus divorum augustorum parentum nostrorum recolende memorie et salute nostra necnon et de nostre munificentia maiestatis te, successores tuos et ipsum monasterium sub speciali protectione et defensione nostra recipimus, concedentes et confirmantes eidem monasterio omnia, que tam a munificentia nostra quam a comitibus et baronibus regni nostri ipsi monasterio iuste et rationabiliter sunt concessa. Concedimus etiam eidem monasterio, ut per totum demanium regni nostri liceat prefato abbati et fratribus et ipsius hominibus monasterii liberum habere plateaticum et passagium de personis et rebus eorum et libere vendant et emant, intromittant et extrahant pro necessitatibus suis sine aliqua datione et aliquo^a iure, quod inde ad curiam nostram spectaret, eximentes ipsum ab omnibus collectis, talliis, exactionibus et vexationibus aliis comitum vel baronum et baiulorum nostrorum. Concedimus insuper et confirmamus ipsi monasterio libera pascua pro animalibus suis per totum demanium nostrum aut si concessum ei fuerit per comites vel barones seu alios dominos et usum

a) *alio*.

lignorum umidorum et siccorum pro reparandis et construendis domibus et aliis necessitatibus suis. Insuper inhibemus, ut intra septa^a ipsius monasterii et grangiarum suarum ulla temeraria presumptio, [vi]olentia seu illicita conventio fiat, unde possit fratribus scandalum vel damnum aliquod suboriri. De maiori quoque munificentie nostre gratia concedimus et confirmamus monasterio nominato donationem sibi factam a Gualterio de Palearia, dilecto cancellario et fideli nostro, venerabili Cataniensi episcopo de ecclesia sancti Nicolai de Rigulis cum ecclesia sancte Margarithae sibi subiecta et cum omnibus aliis iustis tenimentis et rationibus iam dicte ecclesie sancti Nicolai pertinentibus, sicut ipsa omnia iam longo tempore noscitur tenuisse. Preterea confirmamus nominato monasterio quicquid inantea iusto titulo poterit adipisci. Ad huius autem protectionis, concessionis et confirmationis nostre memoriam et perpetuam firmitatem presens privilegium per manus Guilelmi de Cusentia, notarii et fidelis nostri, scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Bari post curiam Capue celebratam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Martii, nona indictione, imperii vero domini nostri Friderici dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie anno primo, regni vero Sicilie vicesimo tertio, feliciter, amen.

Ad huius autem rescriptionis et predictarum clausularum remotionis memoriam et perpetuam firmitatem presens privilegium per manus Iohannis de Lauro, notarii et fidelis nostri, scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Fogie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo tertio, mense Ianuarii, undecime indictionis, imperii domini nostri Friderici dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie anno tertio, regni vero Sicilie vicesimo quinto, feliciter, amen.

Nach einer von Dr. W. Witte besorgten Abschrift.

Stadt Aversa.

Als eine wichtige Hs. des Communalarchivs von Aversa rühmt P. Kehr ein Registro di tutti li antichi privilegi

a) *infra septa*.

della città di Aversa, Ms. s. 17¹. Er erwähnt daraus die Urkunde Heinrichs VI.; bemerkenswerth ist aber auch eine andere, wodurch Manfred die Stadt wieder zu Gnaden aufnimmt. Ich lasse beide nach den von mir gefertigten Abschriften folgen. Doch wird es zuvor kurzer Erläuterungen bedürfen.

1) Bei seinem ersten Versuche, Sicilien zu unterwerfen, empfing Heinrich die Huldigung der Aversaner². Als er den Rückzug nach Deutschland antreten musste, wurde Aversa von Tancred belagert und eingenommen³. Wie aus unserem Privileg hervorgeht, bestrafte er vor Allem die Kirchen. Dann unternahm Heinrich seinen zweiten Zug, nun aber hielt sich Aversa zurück, es ergab sich nicht, erfuhr indess auch keine Feindseligkeiten von deutscher Seite⁴. Im Hinblick auf Neapel, dem der Kaiser seine Widersetzlichkeit nicht verzieh, war die Nachbarin Aversa für ihn zu wichtig. So liess sich eine Verständigung nicht eben schwer erreichen. Unsere Urkunde hat sie besiegelt; zugleich bringt sie auch die Gesinnung, die Heinrich gegen Neapel hegte, zu deutlichem Ausdruck: aller Besitz in Stadt und Vorstädten von Aversa wird den Neapolitanern abgesprochen.

2) Gleich nach dem Tode Friedrichs II. gelang es der römischen Kirche, Aversa auf ihre Seite zu ziehen⁵. Aber Manfred kam mit grosser Macht und stellte das alte Verhältnis her⁶. Nur nicht für lange Zeit: 1254 zählte man in Aversa wieder nach den Jahren des Papstes⁷ und 1256 residierte dort ein päpstlicher Legat⁸. Vergebens zog Manfred zur Belagerung aus. Sein Glück war, dass in Aversa ein Kampf der Ghibellinen und Welfen entbrannte; jene siegten, und so gelangte Manfred neuerdings zur Herrschaft⁹. Doch ist unsere Urkunde, wonach alle Unbilden vergessen und vergeben werden, erst drei Jahre später ausgestellt: vielleicht hat Manfred gewartet, bis auch die Welfen sich nachgiebiger zeigten.

Heinrich VI. bestätigt der hoch belobten Stadt Ehren und Rechte ihrer Kirchen, denen er alles von Tancred Genommene erstattet, so wie sie es unter Wilhelm I.

1) Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1900 S. 288. 2) Ryccardi chron. MG. SS. XIX, 326. 3) Ibid. 328. Annal. Cassin. ibid. 317. 4) Annal. Cassin. l. c. 5) Iamsilla ap. Muratori, SS. VIII, 503. 6) Ibid. 504. 7) Capasso, Hist. dipl. reg. Sic. 86 n. 177*. 8) Ibid. 115 n. 232. 9) Iamsilla l. c. 580.

und II. besessen haben; gewährt Baronen, Rittern und Bürgern Ehren und gute Gewohnheiten aus der Zeit beider Könige, der Stadt ihre Reichsunmittelbarkeit und Befestigung; erkennt den Neapolitanern allen Besitz in Stadt und Vorstädten ab; gewährt den Baronen ihre Tenimente, den genannten Rittern ihre Besitzungen als Kronlehen, den Bürgern Steuerfreiheit ihrer Häuser, sofern sie nicht den Kirchen oder dem Hofe pflichtig sind; trifft Bestimmungen über die Abgaben von Wohnungen der Barone und Ritter; will die Bürger nur sich und seinen Erben zum Hominium verpflichtet wissen; nimmt den von Neapolitanern lehnsrührigen Besitz der Aversaner zu eigener Hand; verspricht Richter oder Baiulus nur aus Eingeborenen zu ernennen.

1195 April 15, Barletta.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator et rex Sicilie, semper augustus.

Magnificentie imperialis circumspecta discretio, devota suorum fidelium obsequia diligenter considerans, meritis illorum tanto clementius et uberius liberali beneficiorum suorum impensione consuevit respondere, quanto sinceriores et ferventiores in fide^a et devotionis observatione cognovit eos extitisse, ut ex hoc iidem, quibus impenduntur beneficia, ad ulteriorem obsequendi fervorem accendantur et alii inde similia exequendi trahant exemplum. Ad notitiam itaque universorum imperii et regni nostri fidelium, tam futurorum quam presentium, pervenire volumus, quod nos fidem puram et sinceram devotionem necnon et preclara obsequia, que fideles nostri Aversani nostre celsitudini ferventer exhibuerunt, considerantes et memorie retinentes, benignitate imperiali concedimus et confirmamus civitati Averse honores et omnia iura ecclesiarum ipsisque ecclesiis restituimus in integrum quicquid per Tancredum de rebus ecclesiarum fuit diminutum vel honoribus, concedentes ut ecclesie teneant omnia sua iura ubicunque et quomocunque tenuerunt olim temporibus regum Willelmi primi et Willelmi secundi sine alicuius impedimento. Concedimus baronibus, militibus, cunctis civibus Averse omnes honores, usus et bonas consuetudines, quas habuerunt temporibus predictorum regum; et ut ipsa civitas Averse

a) *fidem*.

semper sit in demanio nostro et domine Constantie, Romanorum^a imperatricis auguste et regine Sicilie, et heredum nostrorum; et ut ipsa civitas in eo statu, quo nunc est, tam in muris quam fossatis aliisque munitionibus iugiter permaneat; et ut nullus Neapolitanorum teneat infra civitatem ipsam Averse neque in suburbiis eius que quondam tenuerunt. Concedimus etiam, ut omnes barones civitatis teneant omnia sua tenimenta, ubicunque et quomocunque tenuerunt temporibus regum Willelmi primi et secundi. Concedimus ad hec, ut fideles nostri milites Goffridus filius Ioelis, heres quondam Raynonis^b de Fornano, Iohannes de Pulvica, Robertus de Sancto Arcangelo, Moritius filius Iuelis, Simon de Casalucio, Henricus Tifonus, Aymon Monachus et Guillelmus Peregrinus ubicunque et quomocunque tenuerunt^c tempore regis Willelmi^d, in capite teneant a nobis et domina Constantia, Romanorum^e imperatrice augusta et regina Sicilie, et ab heredibus nostris in perpetuum; et ut omnes cives, tam infra civitatem quam in suburbiis eius, teneant sedilia libere et absolute et sine redditu, exceptis sedilibus ecclesiarum et exceptis sedilibus que aliquid reddunt curie nostre, sicut reddere consueverunt tempore regis Willelmi. Hoc quoque concedimus, ut sedilia baronum et militum libera sint et sine redditu civibus civitatis, exceptis domibus, que barones inhabitare consueverunt, salvo servitio, quod a baronibus et militibus curie nostre consuetum est persolvi, ita ut barones et milites inde persolvant consuetum servitium; et ut omnes cives Aversani teneant ubicunque et quocunque tenuerunt^e temporibus regum Willelmi primi et secundi; et ut burgenses ipsius civitatis non cogantur alicui facere hominum nisi nobis et heredibus nostris. Ad hec concedimus, si Aversani aliquid tenuerunt a Neapolitanis, non recognoscant se ab eis tenere nec teneant, sed a manu nostra et domine Constantie imperatricis et heredum nostrorum. Insuper concedimus, ut nullus iudex vel baiulus in civitate Averse nisi de civitate ipsa statuatur. Concedimus et, ut Andreas de Avenabulo habeat totum tenimentum quondam Bartholomei Sorelli eius avunculi tam de demanio, quam de servitio, quod imperiali munificentia ei concessimus; et ut Petrus filius Unfredi de Rebusa habeat feudum quondam Rainaldi de Fragola, quod olim Rainaldus tenuit apud Cupolam. Statuimus itaque et imperiali sancimus edicto,

a) *Romane.*

b) *Raynon.*

c) *sc. tenimenta sua.*

d) *sc. secundi.*

e) *Romana.*

ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis contra hanc divalem nostre constitutionis paginam venire audeat vel eam modo quolibet perturbare. Quod qui facere attentaverit, in vindictam sue temeritatis centum libras auri pro pena componat, mediam partem camere nostre, reliquam partem iniuriam passis. Ut autem hec nostre confirmationis et concessionis gratia^a perpetuo firma et inviolata observetur, presentem exinde paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo aureo iussimus communiri.

Huius rei testes sunt Mattheus Capuanus archiepiscopus, Henricus Warmaciensis^b episcopus, Philippus dux Tuscie, Bonifacius marchio Montisferrati, Cunradus dux Spoleti, Cunradus marchio Molisii, Marquardus dux Ravenne, Robertus de Durne, Hartimannus de Butingen, Arnoldus de Horenberc, Henricus^c marscalcus de Kalendin.

Signum domini Henrici sexti Romanorum invictissimi imperatoris et regis Sicilie.

Ego Cunradus dei gratia imperialis aule cancellarius unacum domino Gualterio regni Sicilie cancellario recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1100 nonagesimo quinto, regnante domno Henrico sexto, Romanorum imperatore gloriosissimo, et rege Sicilie, anno regni eius Teutonici vigesimo quinto, regni vero Sicilie anno primo, imperii vero quinto.

Datum Baroli per manus Alberti imperialis aule proto-notarii, 17. kalendas Madii 13. indictionis.

Manfred nimmt die Bürger wieder zu Gnaden auf; verzeiht ihnen alle Beleidigungen, die sie wegen der Kirche ihm zugefügt haben; gewährt der Stadt ihre Reichsunmittelbarkeit und Befestigung; bestätigt alle Rechte und Besitzungen, welche die Bürger von Wilhelm II. bis zum Tode Friedrichs II. innehatten, auch alle Lehen, alle den Kirchen, der Stadt und den Einzelnen verliehenen Privilegien, *salvis mandato et ordine nostro et heredum nostrorum.*

1259 März, Orta.

Manfredus dei gratia rex Sicilie.

Gaudet humanitatis nostre benignitas, regni partes et loca quelibet magis misericordia, quam gladio reformare, cum hec ad conservationem respiciat omnium et ex severitatis iudicio sequatur semper plurimum detrimentum. Per presens igitur privilegium notum fieri volumus universis,

a) pagina. b) Warinaciensis. c) Henricus de.

tam presentibus quam futuris, quod nos homines civitatis Averse, ad fidem et nostra beneplacita redeuntes humiliter et devote, velut qui inviti recesserant ab eisdem, in plenitudinem nostre gratie et favoris nostri gremium admittentes, culpas omnes et offensas quaslibet eis remittimus, quas hactenus contra maiestatem nostram propter varietatem et malitiam temporis visi sunt commisisse adherendo ecclesie vel iurando eidem. Et ut in conversione sua laudabili favorem sentiant fructuosum, privilegio presenti promittimus, civitatem ipsam in nostro demanio perpetuo retinere neque ipsam alicui concessuri, et conservaturi eam in eo statu et forma, in qua est hodie, tam in muris et fossatis suis, quam sticcato; honores omnes, dignitates ac tenutas et iura, que ad presens habere et possidere rationabiliter dignoscuntur, necnon bonos usus omnes et consuetudines approbatas, quibus usi sunt homines civitatis ipsius tempore domini regis Guillelmi secundi usque ad obitum^a divi augusti Friderici, genitoris nostri recolende memorie, confirmantes eisdem. Quibus etiam presenti nostro privilegio confirmamus terras omnes et possessiones quaslibet pheudales, quas ad presens iuste tenent et possident et hactenus rationabiliter tenuerunt, privilegia omnia, indulta per divos progenitores nostros et per nosmet tam ecclesiis Aversanis, quam universitati et cuilibet de universitate ipsa, scripti presentis munimine confirmantes eis, salvis in omnibus et per omnia honore, fidelitate, mandato et ordine nostro et heredum nostrorum. Ad cuius igitur rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per magistrum Vitalem de Aversa, notarium et fidelem nostrum, eis exinde fieri et sigillo nostre celsitudinis iussimus communi.

Datum Orte per manus Gualterii de Odra, regnorum Hierusalem et Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense Martii secunde indictionis.

S. Paolo zu Barete.

Friedrich II. bestätigt seinen Getreuen, dem Erzpriester und dem Kapitel, die Schenkungen der Stefania, der Gattin weiland Boemunds von Barete, und Anderer, aber *nisi sint de feudis etc.* und *salvo mandato et ordinatione nostra*.

1225 April, Messina.

a) *obsidionem*.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilię.

Per pręsens scriptum notum facimus, quod habentes prę oculis fidei puritatem et conversationem devotorum archipresbyteri ac totius capituli ecclesię Sancti Pauli de Lavareta, nostrorum fidelium, illius intuitu, in cuius nomine vivimus et regnamus, eidem ecclesię, archipresbytero et capitulo supradicto ac eis in posterum canonice succedentibus molendinum, quod Saracenum vocatur, et vicendam sitam in pede castri Lavarete¹, sicut ea Stefania, uxor quondam Boamundi de Lavareta, ipsi ecclesię iuste donavit, nec, non quęlibet alia bona eidem ecclesię pia fidelium devotione collata sunt, si ea omnia iuste tenent et possident, nisi sint de feudis vel certis servitiis obligata, in perpetuum confirmamus, salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huius autem confirmationis nostrę memoriam et robur perpetuo valitutum pręsens scriptum fieri et celsitudinis nostrę sigillo pręcepimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Data in civitate Messanę, anno dominicę incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo quinto, mense Aprilis tercię decimę indictionis.

Dr. O. Cartellieri aus den Processi di regio padronato Bd. 1059 Nr. 187 S. 39 im Staatsarchiv zu Neapel².

Kirchen von Brindisi und Oria.

Die folgende Gerichtsverhandlung, deren Text mir aus dem Originale im erzbischöflichen Archive zu Brindisi mein verehrter Freund Güterbock besorgte, war bisher nur in kurzem Regest bekannt³. Der sie anberaumt hatte, Bischof Konrad von Hildesheim, sah darin gewiss einen trefflichen Beleg für die in seinem Reiseberichte entwickelte Ansicht, dass wir es doch herrlich weit gebracht hätten⁴. Nach Brindisi hatte noch nie eines Deutschen Machtwort gereicht! Indess ist Konrad selbst schwerlich bis dahin vorgedrungen. Der südlichste Ort der Ostküste, von dessen Besuch er in die Heimath schrieb, war Giovinazzo nördlich von Bari⁵; dann begab er sich zum Westen.

1) Heute Barete, circondario di Aquila, mandamento di Pizzoli

2) Dr. M. Klinkenborg hatte mich auf die Urkunde aufmerksam gemacht. 3) V. Guerriero, Dell' antichissima città di Brindisi e suo celebre porto, memoria inedita di A. de Leo, articolo storico 55. Fast derselben Worte bediente sich Guerriero bei d'Avino, Cenni storici etc. del regno delle due Sicilie 105. 4) Arnold. Lubec. V, 19. 5) Im folgenden Jahre (1197) ist er auch nach Bari gekommen.

In einem Gerichte, das von Konrad, Erwähltem von Hildesheim, kaiserlichem Kanzler und sicilischem Legaten anberaumt ist, wird ein Grundstück bei Plazano, auf das Audoisa, Tochter des Ritters Baylard von Oria, Ansprüche erhoben hat, dem Erwählten Girard von Brindisi und den Kanonikern von Oria zuerkannt und werden diese mit dem Streitobject belehnt, bis die Verurtheilte bereit sein wird, in ausreichender Weise Rede zu stehn.

1196 October 18, Brindisi.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto indictionis quintedecime, mense Octobris, decimo octavo ipsius mensis, imperante domino nostro Henrico sexto, dei gratia serenissimo Romanorum imperatore et rege Sicilie, semper augusto, anno regni eius vicesimo sexto, imperii vero septimo et regni Sicilie anno tercio¹, apud Brundusium domino Corrado dei gratia Hildesehemensi electo, imperialis aule cancellario et regni Sicilie legato, pro imperialibus servitiis existente, de suo mandato curia congregata, residentibus in ea comite Rogerio de Balbano et Roberto de Venusio, imperialibus iusticiariis, assidentibus etiam magistro Persico de Benevento, Sarraceno protoiudice Brundusii, magistro Mazulino, Falcone Vigiliarum, imperialis curie iudicibus, et quampluribus aliis viris prudentibus, Girardus venerabilis Brundusinus electus una cum Oritano capitulo pro parte ecclesie appellaverunt Audoysam filiam Baylardi militis de Oria, de quadam terra, que est iuxta casale Plazani, quod casale est Oritane ecclesie. Que terra adiacet ei ex parte orientis et dicitur iure domini ad Oritanam ecclesiam pertinere. Ipsa vero Audoysa per advocatum suum respondit, quod vellet sibi terram, de qua impetebatur, presentia liter demonstrari. Ad quod responsum fuit, quia certa loci designatio, que possessorem instruit sufficienter, de qua impetitur, pro demonstratione rationabiliter computatur, cum ipsa nullam aliam ibi haberet. Cum super isto articulo fuisset aliquantulum disputatum, prefata Audoysa terminum petiit usque mane, ut sequenti die plenius responderet. Tunc dato sibi termino et sequenti die repetito iudicio, eadem

1) Die Daten widersprechen einander. Am 15. August 1195 war das 26. deutsche Königsjahr zu Ende gegangen; das 7. Kaiserjahr begann erst am 15. April 1197, das 3. sicilische Königsjahr am 25. December 1196.

Audoysa iussa fuit, sicut ante promiserat, plenius respondere. Tunc ipsa Audoyza respondit, se procedere non posse, quia advocatum quem habuerat amisisset nec posset alium invenire. Curia vero intuitu pietatis eidem mulieri sufficientem tribuit advocatum, statuendo ei certum terminum, quo ecclesie responderet. Siquidem ipsa mulier et ante terminum et in ipso termino datum sibi advocatum recusavit, et alium se habere non posse asseverabat. Cui mulieri curia pro inveniando avvocato adhuc terminum dare voluit usque etiam alium diem, ut advocatum qui sibi placeret requireret. Ipsa autem Audoyza sua propria voce professsa est, quia etiam dato termino advocatum omnino habere non posset. Quibus verbis mulieris auditis, quia manifesta eiusdem femine videbatur esse malicia, advocatum sibi datum a curia recusantis et pro alio inveniando terminum sibi oblatum omnino recipere non volentis, quia fragilitati sexus muliebris et non malignitati feminee mentis legitima provisione constat esse succursum, ne sub velamine muliebris privilegii excusatione culpabili iuri et privilegio ecclesiastico derogetur, communicato consilio curia sententialiter interloquendo possessionem ipsius terre ecclesie assignavit et prefatum electum cum canonicis suis de ipsa possessione per fustem immaginarie investivit, donec ipsa mulier Audoyza sufficienter instructa se iudicio representet, parata sufficienter ecclesie respondere.

Ad cuius rei memoriam hoc scriptum iudicatus per manus Petri notarii precepto predictorum iudicum confectum est.

† Comes Rogerius qui supra.

† Ego Robertus imperialis iustitiarius.

† Ego qui supra Persicus iudex.

† Falco imperialis iudex.

† Ego qui supra Mazulinus iudex.

† Sarracenus protoiudex Brundusinorum.

S. Nicola zu Bari.

G. Petroni, Della storia di Bari 313 wollte die Entscheidung, die Eugen, der Sohn des Admirals Johann, am 20. August 1196 fällte, als 31. seiner Dokumente abdrucken lassen. Die Veröffentlichung unterblieb, und damit ist denn auch das eingerückte Schreiben des Legaten Konrad bisher nicht bekannt geworden. Das Original beruht im Archiv von S. Nicola. Da dessen Vorsteher aber zur Zeit verreist war, — wie es in Italien üblich ist: zugleich mit

den Schlüsseln, — so habe ich aus Petroni's Hs. der Geschichte von Bari 336, welche die Communalbibliothek aufbewahrt, meine Abschrift entnehmen müssen¹.

Bischof Konrad von Hildesheim, Kanzler und Legat, befiehlt dem Eugen, Sohn des Admirals Johann, auf Klage des zu ihm gekommenen Priors von S. Nicola, wonach Gottfried Gentile gewisse Güter, die nun Leute von Gioia besäßen, der Kirche entfremdet habe, die Parteien zu berufen und den Streit nach Massgabe der vorgelegten Urkunde zu entscheiden.

1196 Juli 20, Barletta.

Conradus dei gratia Hildenseymensis^a electus, imperialis aule cancellarius, totius Italie et regni Sicilie legatus, Eugenio, Iohannis amirati filio, familiari^b suo, salutem et omne bonum.

Veniens ad presentiam nostram venerabilis prior sancti Nicolai de Baro cum sotiis suis sua nobis insinuatione monstravit, dicens, quod Goffredus Gentile dissagivit^c ecclesiam beati Nicolai sua^d auctoritate et vi de quibusdam terris, quas ipsa ecclesia in Ioa tenebat secundum continentiam instrumenti, quod inde curie nostre ostendit predictus prior cum suis. Nunc autem, quia homines de Ioa, quos vobis dicet ipse prior, ipsas terras habent in suo preiudicio, possident et in eis domos et vineas edificaverint eorum auctoritate, mandamus vobis ex officio legationis, quo fungimur^e, districte precipientes^f, ut convocatis partibus ante presentiam vestram sic secundum instrumentum, quod habet ipsa ecclesia, rationabiliter^g diffiniatis causam

a) *Hildenseymus*. b) *familias*. c) Ich habe gelesen *dissagivit*, womit ich nichts anzufangen weiss. Ueber *dissagire*, *dissasire* vgl. Duncange; in der Form *dissasire*, *dissargire* findet es sich auch bei Winkelmann, Acta I, 202, 3. 203, 21. 60, 40. d) Von mir ergänzt. e) *frui-mur*. f) *precipimus*. g) *rationabile*.

1) Das Datum widerspricht der Urkunde Konrads d. d. 1196 Juni 30, Maiori. Ughelli, Italia sacra VII, 302. Camera, Città e ducato di Amalfi I, 377. Denn bis dahin war Konrad in Apulien gewesen; von dort konnte er nicht gegen Westen reisen und schon am 20. Juli wieder im Osten sein, zumal er dann sogleich wieder zum Westen aufgebrochen wäre. Wenn man liest: *ultimo die mensis Iulii*, so liessen sich allenfalls die Daten vereinigen: '1196 Juli 20, Barletta und Juli 31, Maiori' sind nicht gerade ein unmögliches Itinerar.

ipsam, ut ulterius pro defectu iuris ad aures nostras iustus clamor non veniat.

Datum Baroli vigesimo Iulii quatedecime indictionis.

S. Bartholomaeus zu Carpineto.

Dass Heinrich VI. dem Kloster eine Urkunde ausgestellt habe, wussten wir aus einer Bestätigung Friedrichs II. vom October 1219¹. Diese ist uns in zwei Ausfertigungen erhalten; deren eine nennt auch ausdrücklich die Objecte, über die Heinrich handelte². Damit stimmt aufs Genaueste eine Notiz in dem jüngst bekannt gewordenen Anhang³, den Bruder Alexander seiner Chronik von Carpineto hinzugefügt hat. Die mir von E. Schaus nachgewiesene Stelle verdient, weiterer Aufmerksamkeit empfohlen zu werden: *Cum igitur sub predicto Henrico imperatore terra sileret, gladiis conversis in falces et in romeres lanceis, idem imperator apud Trantum solemnem curiam celebravit. Ubi dictum nostrum abbatem (Gualterium) benigne suscipiens monasterium istud plena libertate donavit, Carpinetum et Pharam cum suis pertinentiis pleno iure concessit.*

Der Wortlaut des Diploms fehlte bis jetzt. Da aber P. Kehr aus Salconio's Privilegiorum etc. tam cathedrali ecclesiae, quam universitati Pennensis civitatis concessorum recollecta, einer Hs. des 16. Jhs., welche das Communalarchiv zu Penne besitzt, päpstliche Bullen für das Kloster mitgetheilt hat⁴, so hoffte ich, darin auch die Urkunde Heinrichs VI. zu finden. Die Erwartung hat nicht getrogen. Auf S. 114 hatte schon Kehr verwiesen, in der dort eingetragenen Abschrift St. 4921 vermuthend⁵. Das schien mir wegen des Inhaltes der Sammlung von vornherein nicht glaublich, und so richtete ich mein Augenmerk gleich auf S. 114⁶. Danach lasse ich die Urkunde folgen⁷.

1) Winkelmann, Acta I, 149 n. 170. 2) Winkelmann l. c. Anm. 2.

3) Archivio stor. p. l. prov. Napol. I, 209. 4) Nachrichten der k. Gesellschaft der Wissensch. zu Göttingen 1898 S. 317. 326. 332 n. 4. 13. 21.

5) A. a. O. S. 301 Anm. 1; unmittelbar vorher lies 4931 statt 4931a.

6) Auf St. 4921 hatte Kehr wohl gerathen, weil ihm der Ausstellungsort 'Trani' bekannt war. In Trani hatte nach Alexander ja aber auch Abt

Walther von Carpineto seine Urkunde erhalten. Nimmt man Anm. 3 hinzu, so war meine Vermuthung nicht gerade eine Divination. 7) S. 56 fand ich eine interessante Gerichtsverhandlung d. d. 1196 December 17, Capua.

Sie hielten *imperiales et domini Marcualdi iustitiiarii*. Doch veröffentliche ich die Urkunde noch nicht, weil Mazzatinti, Gli archivi della storia d'Italia II, 113 eine andere, hoffentlich bessere Ueberlieferung nachweist.

Heinrich VI. befiehlt, dem Kloster in seinen Besitzungen keine Unbilden zuzufügen und es in seinen Rechten nicht durch ungerechte Erhebungen zu belästigen.

1195 April 11, Trani.

Henricus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos divine maiestatis intuitu, in cuius nomine vota nostra dirigimus et^a imperiali dispositione feliciter comunimus, sacrosantas ecclesias, monasteria et loca venerabilia, per imperium et regnum nostrum undique constituta, dignum ducimus reverenter colere, rationes eorum defendere, iura fovere et ipsorum paci et quieti misericorditer providere. Inde est quod per hoc presens scriptum mandamus universitati vestre et precipimus, quatenus venerabili monasterio sancti Bartholomei de Carpineto in Penne et castellis eius vel Carpineto et Fara aut obedientiis vel possessionibus et tenementis suis nullum iniustum vel iniustitiam inferatis nec aliquatenus inferri permittatis nec eam in iure vel rationibus suis iniustis exactionibus fatigari, scituri, quod si quis huic mandato nostro temerarius obviator extiterit, nostri culminis indignationi incurret.

Datum Trani 11. mensis Aprilis, indictione 13.

S. Maria della Colomba.

H. Simonsfeld hat im N. A. XXV, 702 eine Urkunde, die Friedrich I. am 5. Mai 1155 dem Kloster ertheilte, aus dem Original veröffentlicht und zugleich als Fälschung zu erweisen gesucht¹.

Sie stimme wörtlich mit einer Urkunde Papst Eugens III. von 1145 überein — bis auf zwei Einzelheiten. Eugen habe noch nicht bestätigt *locum qui dicitur Budrium*; nach Eugen liege Borrio vielmehr noch auf fremdem Boden, denn nach ihm liefe die Grenze noch *a Florentiola usque ad Butrium et a Butrio usque ad s. Andream*². Friedrich I. dagegen bestätige *locum qui dicitur Butrium*, und so erkläre sich, dass er Borrio nicht mehr als nächsten

a) Von mir ergänzt.

1) Vordem war nur ein Regest mit falscher Tagesangabe bekannt. St. 3709^b. 2) Campi, Dell' hist. eccl. di Piacenza I, 543.

Ort einer benachbarten Gewalt nenne, dass er vielmehr die Grenzen führe *a Florentiola usque ad Basilicam ducis et a Basilica ducis usque ad s. Andream*. Wie Friedrich I. 1155, habe sich 1218 aber auch Bischof Vicedomino von Piacenza ausgedrückt¹. So lange kein weiteres Material vorläge, werde man mithin sagen müssen — — doch die gezogene Folgerung soll mich nicht beschäftigen, wohl aber das „weitere Material“, das Simonsfeld unbekannt blieb, obgleich wir es seit Jahren besitzen. 1154 hat Papst Anastasius IV., der sich im Uebrigen dem Privileg Eugens III. anschliesst, den Mönchen bestätigt *locum qui dicitur Budrium*. Sein Schreiber hat nur vergessen, dass er danach die Angabe der Grenze ändern müsse, er sagt noch *a Florentiola usque ad Butrium etc.*² Es folgt die Urkunde Friedrichs von 1155, und in ihr ist der Widerspruch beseitigt. Die nächste Bestätigung³ ertheilte Papst Urban III. 1186, sie steht mit der Friedrichs in vollem Einklang⁴. Dann haben sich 1191 Heinrich VI.⁵ und 1210 Otto IV.⁶ dem Kloster gnädig gezeigt: die Urkunden beider — auch sie reden von Borrio und Basilica.

Aber die Besitzfrage ist es nicht gewesen, die das Bedenken Simonsfelds erregte. Das that vielmehr die weitgehende Uebereinstimmung, welche er zwischen dem Diplom Friedrichs I. und Eugens III. entdeckte. Er zieht nun ein anderes, das Friedrich am selben Tage den Mönchen von Quartazolla gab, zum Vergleiche heran = St. 3706, und ruft alsdann aus: 'Welch ein Unterschied! St. 3706 ganz im Tenor sonstiger kaiserlicher Schutzbriefe gehalten, unser Context stark von einer päpstlichen Urkunde beeinflusst!' Aber dasselbe Verhältniss besteht z. B. zwischen St. 3730 und 3731. Jenes ohne Anklang an ein päpstliches Privileg, dieses durchweg Wiederholung einer Bulle Eugens III.!⁷ Dass St. 3737, womit St. 3738.

1) Campi l. c. II, 389. 2) Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. III, 159 n. 149. 3) Pflugk l. c. 325 n. 368. 4) Die Urkunde Friedrichs I. vom 28. September 1164 muss ich bei Seite lassen, da nur ein Citat derselben vorliegt, St. 4028^b. Wahrscheinlich ist sie Wiederholung der von Simonsfeld gedruckten Urkunde, aber mit Zusätzen, die sich auf Bestimmungen des Reichstages von Roncaglia beziehen. Vgl. darüber Stumpf, Acta imp. 566 n. 403. Vielleicht findet sich der Wortlaut in dem Codex 1516 der Bibl. reale palat. zu Parma. 5) Aus dem Original im Stadtarchiv zu Piacenza. Stumpf, Acta 564 n. 403. Nach S. 565 hätte Simonsfeld auch die Lücke seiner Vorlage ergänzen können: *posita sunt*. 6) Aus dem Original auf der Bibl. reale palat. zu Parma, Winkelmann, Acta I, 44 n. 48. 7) v. Weech, Cod. dipl. Salem. I, 7 n. 4. Ebendort 11 n. 6 auch St. 3731. Beide nach den Originalen.

4481. 4532 zusammenhängen, ganz aus einer Bestätigung Innocenz' II. abgeschrieben ist, habe ich schon an einem anderen Orte gezeigt¹. Sogar die Verheissung *Conservantes autem hec eorundem apostolorum benedictionem et gratiam consequantur* wurde hier nachgebildet!

Doch kommen wir zu dem Moment, das nach Simonsfeld gleichsam Tod und Vernichtung bedeutet! 'Ein Vorbehalt *salvo per omnia regio et pontificali iure et iustitia*, wie er hier steht, erscheint doch als Product der Kanzlei Friedrichs unmöglich'.

Die Rechte des Bischofs von Piacenza sind gemeint; in seinem Sprengel lag das Kloster, und eine Wahrung seiner Befugnisse kann kein Befremden erregen. Im November 1157 schützte Friedrich die Abtei S. Barnard zu Romans *salva nimirum per omnia imperiali iustitia et dilectissimi nostri Stephani Viennensis archiepiscopi*², im Juli 1177 gab er S. Maria del Monte bei Cesena ein Privileg *salva in omnibus imperiali iustitia et episcopali iure*³. Schon Lothar III. bedingt einmal *salvo, si catholicus fuerit, Constantiensis episcopi iure canonico*⁴; er folgt da einer päpstlichen Urkunde⁵, und der Notar Friedrichs liess sich ebenfalls von einem Aktenstück der päpstlichen Kanzlei leiten: auch gerade an dieser Stelle. Anastasius IV. sagt nämlich *salva diocesani episcopi canonica iustitia*⁶.

Dabei mag die Umsetzung von *episcopi* in *pontificali* auffallen, und zwar um so mehr, als der Bischof von Piacenza an zwei anderen Stellen *episcopus* heisst. Aber eine derartige Ungleichmässigkeit ist ohne Bedeutung. Ein Analogon findet sich in einer Urkunde, deren Schreiber den Bischof wiederholt *pontifex* nennt⁷; erst unter den Zeugen begegnet *episcopus*. Ja, wenn unser Kanzlist sagt: *largitione regum, concessione pontificum seu aliorum principum*⁸, so meinte er doch besonders die Bischöfe von Piacenza.

infra tenimentum casalis^a, et tenimentum Carenī, alias petias terrarum in contrata fluminis Admiratus et extra^b portam maris Panormi, aliam petiam terre extra portam Thermarum Panormi usque ad dictum flumen Admiratus, apothecas septem in ruga marmorea, videlicet contiguas subtus fundacum Sancte Trinitatis de Panormo et aliam^c in eadem ruga iuxta apothecam et tabernam Georgii de Tinphano et quamdam misidam in ruga Sarat Barroc prope domum Lombarde, sitam^d in Panormo, et pertinentias eius — que omnia ad manus nostre curie per excandentiam devoluta rationabiliter curia nostra tenebat, prout inventum est per inquisitionem inde de mandato nostro factam et nostre curie presentatam, — eidem magistro Robberto et heredibus suis in perpetuum duximus concedenda, in tantum quod in recognitione presentis gratie nostre, tam per eum, quam per heredes suos quinquaginta unus^e Tarenī auri curie nostre annis singulis exsolvantur^f. Fines vero predictorum tenimentorum casalium sic distinguuntur, videlicet ex parte oriente incipiunt a quodam monte, qui arabice dicitur Sebath, et inde tendit usque ad quendam^g locum, qui vocatur Gasincelor, et abinde protenditur usque ad locum, qui dicitur Balbicamor, et inde vadit usque ad montem Gibibbe, qui ex parte est meridiei, et abinde proceditur usque ad serram montis Colobrini, qui dividit tenimentum casalis, quod dicitur Rahalsith, a tenimento predicti casalis Rahalsarcadii, et a predicta serra montis Colobrini protenditur per serram serram predicti montis usque ad locum, qui dicitur Ceudie Ydavac, qui dividit tenimentum Rahalsarcadii et Capacis a tenimento Carenī, et exinde protenditur usque ad locum dictum Golac, qui est ex parte septemtrionis, et inde vadit usque ad litus maris et ab ipso litore maris intus in mare per spatium duarum aratarum et inde redit usque ad fontem, qui dicitur Aiiusirica, et ad predicto fonte redit per viam veterem inferiorem usque ad gurgum et a predicto gurgo usque ad predictum montem Sebath, qui dividit predicta tenimenta Rahalsarcadii et Capacis a tenimento; et sic concluduntur. De abundantiori quoque gratia nostra concedimus sibi et suis heredibus in perpetuum, ut tam ipse, quam heredes sui sint liberi et exempti ab omnibus collectis, subventionibus et ceteris gravationibus ratione dictorum tenimentorum, terrarum, apothecarum etiam

a) Der Name ist ausgefallen.

b) Fehlt.

c) *alia*.

d) *sita*.

e) *unius*.

f) *exolvatur*.

g) *quodam*.

superius notatarum, salva recognitione quinquaginta unius Tarenorum^a auri annis singulis nostre curie, ut dictum est, solvenda et salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huiusmodi autem^b concessionis et gratie nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium nostrum per magistrum rationalem¹ de Capua, notarium et fidelem nostrum, scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Coronate^c 2 anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quatragesimo primo, mense Septembris quintedecime indictionis, imperante domino nostro Friderico dei gratia imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, imperii eius anno vigesimo primo, regni Ierusalem sextodecimo, regni vero Sicilie quatragesimo tertio, feliciter, amen.

C. A. Garufi aus den Conservatoria di registro 1924 fol. 33 im Staatsarchiv zu Palermo.

Stadt Piacenza.

In den Geldverlegenheiten, die für die ersten Jahre Heinrichs VI. bezeichnend sind, hat er 1191 auch Borgo S. Donnino und Bargone verpfändet³. Für 1000 Pfund gewann Piacenza eine herrschende Stellung, namentlich Parma gegenüber. Das Geschäft wurde abgeschlossen, noch ehe Heinrich vom Papste gekrönt worden war; seinem Versprechen gemäss hat er die betreffende Urkunde als Kaiser erneuert⁴, und unmittelbar darauf leistete S. Donnino den Piacentiner den Treueid, nahm der Konsul Antonio dell' Andito die wichtige Veste in Besitz⁵.

Aber die Freude der Piacentiner soll nicht lange gewährt haben. In einer Urkunde⁶, als deren Daten nur

a) *Tarenì.* b) *authoritate.* c) *Cremone.*

1) Dass ein *magister rationalis* zugleich Notar war und als solcher kaiserliche Urkunden schrieb, entsinne ich mich nicht gelesen zu haben. Darf man ändern: *per manus Iohannis de Capua, notarii et fidelis nostri*?
2) Zu Incoronata hat Friedrich auch 1240 und 1242 sich aufgehalten B. F. 3034 ff. 3264; es liegt südöstlich von Foggia; ebendort liegt auch S. Lorenzo, wo Friedrich am 2. October 1241 urkundet B. F. 3235.
3) Const. et acta I, 469. Die Urkunde war aber nicht ungedruckt, schon früher hatte sie G. Sforza, Mem. e doc. di Pontremoli II, 251, herausgegeben. Heinrich VI. spricht darin von einem Eide Rudolfs von Sieben-eich und Heinrichs von Lautern. Offenbar ist das Document Const. et acta I, 468 gemeint. 4) Const. et acta I, 471. 5) Poggiali, Mem. di Piacenza V, 13. 6) Affò, Storia di Parma III, 302. Eine Abschrift aus der Quelle des Druckes, die einzelne Berichtigungen giebt, verdanke ich der unermüdlichen Liebenswürdigkeit Güterbock's.

angegeben sind: 'Aachen, April 26', die aber alle Forscher ins Jahr 1194 setzen¹, heisst es von Bargone und S. Donnino, sie seien mit Rath und Hülfe Piacenza's zurückerobert worden. Man hat gesagt, nun sei das Reich auch unmittelbar wieder in den Besitz eingetreten, die Pfandschaft habe Heinrich gelöst², Piacenza habe den Zoll von Fiorenzuola zu Lehen erhalten, der von S. Donnino sei ihm erlassen und im Gebiete der Gräfin Mathilde sei ihm besondere Sicherheit verbürgt worden. Diese Vergünstigungen sind in der Urkunde wirklich enthalten, und ebenso bestimmt erscheint darin das Reich, nicht Piacenza, als Inhaberin der beiden Burgen, wenngleich von Abtragung der Pfandsumme keine Rede ist.

Also 1191 war die Verpfändung an Piacenza erfolgt: mehr als eine Urkunde bezeugt die Thatsache; 1194 hätte die Stadt aus den wichtigen Positionen weichen müssen, und obwohl die von unbekannter Macht eroberten Vesten mit ihrer Hülfe und ihrem Rathe wieder gewonnen waren, hätte sie doch eigentlich das Nachsehn gehabt, denn dem Verluste gegenüber würden die gewährten Vorthelle nur klein gewesen sein. Das ist eine Entwicklung, der es an innerer Wahrscheinlichkeit fehlt; man verliert alles Zutrauen, wenn sich urkundlich beweisen lässt, dass Piacenza noch 1197 die Pfandschaft von 1191 besessen hat. 'Auf Befehl und Willen Kaiser Heinrichs' erneuerten die Leute von S. Donnino damals den Piacentinern die Huldigung³. Das entsprach den Abmachungen von 1191⁴.

1) Eine Ausnahme machte Stumpf in dem ersten, nur wenig verbreiteten Druck seiner Regesten Heinrichs V., unter 3171 setzte er die Urkunde zu 1122; in der Umarbeitung liess er sie bei Seite, um sie später unter 4856 Heinrich VI. zuzutheilen. 2) Toeche, Heinrich VI. S. 331 N. 1. St. 4856. 3) In dem Eide Rudolfs von Siebeneich und Heinrichs von Lautern wurde festgesetzt, dass von Borgo und Bargone: *sacramenta renovarentur per convenientia tempora*. Das kaiserliche Privileg, das Piacenza im Juni 1191 erhielt, bestimmte dagegen: *sacramenta singulis quinquenniis renovabunt*. Mithin hätte die Erneuerung in der zweiten Hälfte des Jahres 1196 geschehen sollen. Aber wenigstens die Leute von Borgo scheinen sich gesträubt zu haben. Piacenza musste eine Beschwerde an Heinrich VI. richten; erst am 22. August 1197 bequeme sich Borgo zu abermaliger Huldigung *ex mandato et voluntate domini Henerici Romanorum imperatoris*. Poggiali l. c. V, 42. Dazu passt vortrefflich, dass Borgo gleich nach Heinrichs VI. Tode von Piacenza abfiel. Codagnelli annal. Plac. ed. Holder-Egger S. 23. 4) Hier gedenke ich der Combinationen Affò's. In seiner Storia di Parma III, 9. 10 sagt er, die Documente liessen erkennen, dass Parma nach der Verpfändung an Piacenza die beiden Burgen erobert habe. Dabei meint er einerseits einen Vertrag zwischen Parma und Piacenza von 1189, wonach Borgo und Bar-

Noch ein zweites Moment politischer Natur verbietet die Annahme, Heinrich VI. habe die Urkunde vom 26. April ertheilt. Der kaiserliche Legat von Bargone und S. Donnino, heisst es darin, soll Piacenza gegen Jedermann unterstützen *excepto imperatore et regina*. Die Gemahlin Heinrichs VI., mit ihrem Manne vom Papste gekrönt, wird immer Kaiserin genannt, und ihre politische Thätigkeit beschränkt sich auf Sicilien, ihr Erbland; für das übrige Italien hat sie gar keine Bedeutung. Das Gegentheil gilt in beiden Fällen von Mathilde, der Gattin Heinrichs V. Sie war nie Kaiserin; in allen Urkunden Heinrichs V.¹, wie in ihren eigenen², führt sie nur den Titel 'Königin', und in Reichsitalien hat sie eine hervorragende Rolle gespielt. Schon zur Zeit, da Heinrich V. selbst noch jenseits der Alpen weilt, sitzt sie dem Gerichte vor; als Statthalterin bleibt sie zurück, als er 1118 Italien verlässt³. Genug, die Erwähnung einer 'Königin' hat in einer Urkunde, die Kaiser Heinrich V. einer italienischen Stadt ausstellt, ihre volle Berechtigung; in einer Urkunde Kaiser Heinrichs VI. wäre

gone im Besitze Heinrichs VI. bleiben sollten, bis über die Ansprüche der hadernden Städte entschieden sei, anderseits unsere Urkunde, die von einer Wiedereroberung der Vesten durch das Reich und Piacenza redet. Auf's Neue Herr von Borgo und Bargone, habe Heinrich VI. die Streitobjecte auch aufs Neue an Piacenza verpfändet. Das beweise Cavitello, der in seinen Annal. Cremon. S. 67 erzählt, 1193 habe der Legat Heinrich von Lautern Borgo den Piacentinern übergeben. Wohl gemerkt: Cavitello sagt nicht 'aufs Neue', wie er denn einer Verpfändung von 1191 gar nicht erwähnt. Dagegen finden sich in den Registern von Piacenza keine Urkunden über eine Verpfändung von 1193. Ferner gehören fast alle Ereignisse, die Cavitello zu 1193 setzt, nachweislich ins Jahr 1191: 1191 hat auch Heinrich von Lautern, freilich nicht als Legat des Kaisers, dessen Vertrag mit Piacenza beschworen. 1) St. 3123. 26. 41. 47. 50. 55. 61. 62. 3203. 12. N. A. XX, 225. 2) Ihre letzte hat O. Rössler, Kaiserin Mathilde S. 25 N. 2 verdächtigt, denn der am 23. Mai zu Utrecht gestorbene Kaiser hätte nicht schon am 26. Mai, dem Tage, an welchem die Urkunde zu Wacheningen, wahrscheinlich dem heutigen Wachenheim nordwestlich von Speier, für S. Martin zu Utrecht ausgestellt worden sei, auf dem Familiengut Richterke in Speier bestattet werden können. Auch sei sehr auffallend, dass die Speierer Beszung einem Utrechter Kloster geschenkt werde. 'Wachonington' ist aber Wageningen in der Provinz Geldern, Bezirk Arnheim; bis dorthin war also der Leichenzug am 26. Mai gekommen, und hier schenkte Mathilde der Kirche S. Martin das gewiss in der Nähe Utrechts zu suchende 'Richterko'. Sie schenkte es ihr aber, weil Heinrichs V. *viscera ibidem (= in ecclesia S. Martini) sepulta sunt in tumulo, quo et atavi eius Conradi imperatoris intestina condita sunt*. Die Eingeweide Beider waren in S. Martin beigesetzt worden; die Körper führte man zur Kaisergruft im Speierer Dom. Bemerkenswerth bleibt nur, dass in der Urkunde der Königin das Monogramm des Kaisers angekündigt wird. 3) Rössler a. a. O. S. 20 ff.

sie unverständlich, sinnlos, es handele sich denn um eine sicilische Angelegenheit, und auch da würde sie schwerlich bloß Königin heissen, vielmehr Kaiserin der Römer und Königin von Sicilien.

Die politische Betrachtung führt auf Heinrich V. Wie steht es mit den diplomatischen Formeln?

H. divina favente clementia quartus Romanorum imperator, lautet der Titel, und so nannte sich Heinrich V. Dem Namen lässt er zunächst den Hinweis auf den göttlichen Ursprung seiner Herrschaft folgen; dann erst die Ordnungszahl. Das ist jedenfalls die Regel, während Heinrich VI. umgekehrt dem Namen gleich die Zahl anschliessen pflegt. Nie aber hat Heinrich VI. sich *quartus* genannt, sondern durchweg *sextus*, wenn er auch als Kaiser erst *quintus* war.

Freilich spricht nun gegen Heinrich V. die Hinzufügung von *semper* zu dem sonst allein üblichen *augustus*. Ich kenne nur eine Urkunde, in der Heinrich V. nicht bloss *augustus*, sondern *semper augustus* sich nennt¹, und diese ist uns nicht im Original erhalten². Aber von dem Piacentiner Privileg besitzen wir auch nur eine Abschrift. In das grosse Register der Stadt trug sie ein Notar Carmangiaro ein. Gleichzeitig hatte er sich mit Urkunden Heinrichs VI. beschäftigt. Der nannte sich nun gewöhnlich *semper augustus*. So möchte *semper* in die Copie der Urkunde Heinrichs V. hinübergeflossen sein.

Es giebt nicht viele Documente aus der Kanzlei Heinrichs V., die einen Gruss enthalten. Aber wenigstens in einem sagt er, geradeso wie hier: *gratiam cum bona voluntate*³, d. h. er bedient sich einer Formel, die Heinrich VI. nie anwendet, und doch haben wir von ihm zahlreiche Schriftstücke, die mit einem Grusse beginnen.

Unsere Ueberlieferung stammt noch aus dem 12. oder dem Anfange des 13. Jh. Da hat, wie gesagt, ein Notar Carmangiaro die Abschrift besorgt; er folgte aber nicht dem Original, sondern der Beglaubigung eines Notars Buongiorno⁴. Entweder hatte schon Buongiorno, wie die Lücken beweisen⁵, im Original nicht mehr Alles lesen

1) Stumpf, Acta imp. 467 n. 328. 2) Dass aber *semper augustus* der Zeit Heinrichs V. nicht fremd war, ersieht man aus seinem, im Original vorliegenden Placitum von 1118. N. A. XX, 227. 3) Const. et acta I, 134 n. 82. 4) *Ego Bonusdies — ex autentico — exemplavi. — Ego Iohannes Carmangiarus — autenticum huius exempli exemplavi.* 5) — *hac scilicet [ratio]ne et pacto, — salvabimus et custodiemus eos, et in personis et in rebus, sive in terra sive in aqua, que fuit comitis Ma-*

können oder Carmangiario in der Beglaubigung. Dass ein Privileg während der kurzen Zeit von 1194 bis etwa 1210 solche Wandlungen durchgemacht habe, wird man doch nur ungern annehmen: auch die Art der Ueberlieferung scheint mir also weit über Heinrich VI. zurückzuweisen und zu Heinrich V. zu passen.

Ich kenne die Gefahr, sich voreilig auf das argumentum ex silentio zu stützen; aber wo die Dinge liegen, wie hier, bedeutet es doch mehr, als die Krücke einer lahmen Forschung. Der Piacentiner Codagnello nämlich hat die Kriege, welche seine Vaterstadt unter Heinrich VI. führte, aufs Genaueste dargestellt. Von einer Eroberung Bargone's und Borgo S. Donnino's, zu der Piacenza's Rath und Hülfe mitgewirkt hätte, sagt er kein Wort.

Aus dem Anfange des 12. Jh. fehlt ein entsprechendes Werk¹. So wird man auch nicht feststellen können, in welchem Jahre Bargone und Borgo dem Reiche wiedergewonnen wurden. Nicht minder bleibt es ungewiss, wann Piacenza durch unsere Urkunde belohnt wurde. Da es aber darin heisst, die kaiserlichen Legaten sollten Piacenza gegen Jedermann unterstützen *excepto imperatore et regina*, so möchte man doch vermuthen, die Königin habe noch als kaiserliche Statthalterin in Italien gewaltet. Nun war Heinrich Ende 1118 nach Deutschland zurückgekehrt; Mathilde war ihm ein Jahr später gefolgt². Im April 1119 kann Heinrich recht gut in Aachen gewohnt haben: für März, April und Mai sind uns seine Aufenthaltsorte unbekannt. Wer die Erwähnung der Königin nicht in meinem Sinne verwerthen mag, dem bleiben 1122 und 1125: im April beider Jahre urkundet Heinrich V. in Aachen³. Jedenfalls aber ist das Diplom nicht von Heinrich VI. ertheilt worden⁴.

thil[dis], tamen iure, quod eiusdem comitis tempore obtinuit, nobis per omnia observato. Affo las: Mathild et omni iure etc.; die Lücke ist wahrscheinlich auszufüllen durch *neptis nostre*. Vgl. St. 3122. 1) Kurze Notizen haben uns die späteren Piacentiner Chronisten J. de Mussis und J. Agazzari aufbewahrt. Sie berichten zum Jahre 1118 *Placentini obsederunt Parmam*. Mussi chron. Placent. ap. Muratori, SS. XVI, 452 — *Placentini obsederunt civitatem Parme*. Agazzari chron. in Mon. hist. ad provin. Parm. et Placent. pertinentia III, 16. Ob in diesem Zusammenhange das zwischen beiden Städten liegende Borgo erobert wurde? 2) St. 3161. 3) St. 3174. 3211. 4) Poggiali, Mem. stor. di Piacenza I, 95 konnte zuerst Piacentiner Konsuln zu 1126 nachweisen. Da in unserer Urkunde auf *petitionem consulum civitatis* Bezug genommen wird, so wäre Piacenza schon einige Jahre früher von Konsuln regiert worden.

S. Maria zu Picciano.

Im N. A. XXIV, 192 veröffentlichte ich nach einer Abschrift, die mir Herr Generaldirektor B. Capasso aus n. 327 der Processi di regio padronato anfertigen liess, die Urkunde König Friedrichs II. vom October 1219. Ich musste bedauern, nicht auch die kaiserliche Bestätigung vom Mai 1221 hinzufügen zu können. Nun hat Schiaparelli einen vollständigen Text derselben nachgewiesen, und nicht bloss ihn, sondern auch eine in Einzelheiten bessere Ueberlieferung des von mir mitgetheilten Diploms. Beide finden sich in dem Codex 1625 der Universitätsbibliothek zu Padua¹, aus dem F. Güterbock mir dann die erwünschten Abschriften besorgte.

Zu meinem Drucke bemerke ich: Z. 4 *intendendum* statt *iuvandum*, S. 193 Z. 1 *eisdem* statt *eorum*, Z. 2 *largicione* statt *largitate*, Z. 8 *servitiis* statt *servitutes*, Z. 11 *illorum omnium* statt *illorum*, Z. 19 *inde* statt *reale*. Dass Z. 23 *decimo* hinter *nono* ausfiel, geschah durch meine Schuld. Dann folge die bisher unbekannte Bestätigung.

Friedrich II. wiederholt dem Kloster im Wesentlichen seine Urkunde vom October 1219, aber unter Hinzufügung der Klausel *salvo mandato et ordinatione nostra*.

1221 Mai, Messina.

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie.

Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris tam presentibus, quam futuris, quod nos attendentes fidem, religionem et honestatem fidelium nostrorum Hectoris venerabilis abbatis monasterii sancte Marie de Piczano et fratrum eius, ibidem domino militantium, ob reverentiam Ihesu Christi et ipsius gloriose virginis, genitricis sue, in cuius nomine et laude monasterium illud dignoscitur esse fundatum, pro nostra quoque salute et remedio animarum divorum augustorum parentum nostrorum recolende memorie monasterium ipsum, prenomina-
tum abbatem, successores suos et fratres cum omnibus eorum bonis sub speciali protectione culminis nostri recipientes confirmamus eis et monasterio ipsorum possessiones et omnia bona, que ipsi iuste

1) Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissenschaften zu Göttingen 1899 S. 202 Anm. 2.

possident in presenti vel in antea iusto titulo poterunt adipisci, nisi sint de pheudis aut servitiis obligata, volentes et firmiter in-iungentes, ut nullus prephatum monasterium, abbatem, fratres eius, et bona ipsorum contra hanc protectionem et confirmationem nostram indebitis vexationibus, exactionibus seu molestiis impedire, perturbare aut molestare presumat, salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huius^a autem nostre protectionis et confirmationis memoriam presens scriptum fieri et celsitudinis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Messane anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Madii none indictionis, imperii vero domini Frederici, dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et serenissimi regis Sicilie, anno primo et regni Sicilie vicesimo tertio, feliciter, amen.

Kreuzträger von Ponte-Pusterla, Trient und Bologna.

Wie Schiaparelli neulich gezeigt hat, sind in der *Storia dell' ordine dei Crociferi*, einem Codex des 17. Jh., welchen die Stadtbibliothek zu Treviso unter n. 474 aufbewahrt, viele Papsturkunden enthalten¹. Aus seinen schriftlichen Aufzeichnungen erfuhr ich, dass darin auch zwei noch unbekannte Privilegien Heinrichs VI. und Ottos IV. sich finden. Zu jenem, das die Kreuzträger für ihr Hospiz zu Pusterla und Trient erhielten, bedarf es keiner weiteren Bemerkung; zu diesem, das sie für ihr Bologneser Kloster empfangen, will ich hinzufügen, dass Friedrich II. 1226 als dessen Wohlthäter nur seinen Grossvater und Vater nennt². Friedrichs I. Privileg liegt im Drucke vor³; die Hoffnung, das Heinrichs VI. in unserem Codex zu finden⁴, hat sich nicht erfüllt.

Heinrich VI. beschützt die Hospitäler der Kreuzträger zu Ponte-Pusterla und Trient und bestimmt den Zehnten aller Lebensmittel seines Vorrathshauses

a) Fehlt.

1) Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1899 S. 210. 2) Ficker, Forschungen zur Reichs- und Rechtsgesch. IV, 347 n. 316. 3) Stumpf, Acta imp. 523 n. 367. 4) B. Leoni, L'origine et fondatione dell' ordine de' Crociferi, Venetia 1599, ist mir unzugänglich geblieben.

zu Carpi für den Bau und die Wiederherstellung der Brücke von Pusterla.

1187 August 28, Parma.

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus.

Regie maiestatis benignitas atque clementia omnes religiosas personas et earum bona protegere, manutenere et ab omni infestatore defendere consuevit et eas maxime, quarum bona lucent opera, que charitatis studio invigilantes se ipsas servitio pauperum pro Christo obtulerunt, comuni utilitate deservientes. De divina igitur retributione pro omnibus bonis, que fecimus, spem certam habentes domum hospitalis ad pontem Posterla cum personis ibidem deo deservientes et cum omnibus bonis suis, que nunc habet vel imposterum iuste adipisci poterit, et domum hospitalis cruciferorum in Tridentina civitate constitutum sub nostre protectionis et tutaminis defensione recepimus. Ad hec uberiori beneficio volentes posterorum utilitati providere, de promptuario sive cellario nostro apud Carpum decimas omnes de annona, de vino et aliis victualibus pro anime nostre et parentum nostrorum remedio et salute tradimus perpetuo ad edificandum pontem de Posterla et ad reparandum, si forte contingat eundem pontem in aliquo labefactari, cum plane fuerit constructus et perfectus. Statuimus autem et auctoritate regii edicti precipimus, ut in prefata elemosina nostra nullus archiepiscopus vel episcopus [vel minister^a] archiepiscopi vel episcopi potestatem aliquam habeat neque in recipiendo neque in dispensando, sed totaliter in edificatione et emendatione predicti pontis expendatur. Sancimus igitur, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, nulla comunitas, nulla denique secularis vel ecclesiastica persona hoc nostre protectionis et defensionis tutamen et donum prenominationum, quod ad edificandum prefatum pontem contulimus, audeat infringere vel violare et qui fecerit in ultionem sue temeritatis viginti libras auri puri componat, medietatem camere nostre, reliquum vero passis iniuriam persolvat.

Datum Parme anno dominice incarnationis 1187, indictione quinta, quinto kal. septembris.

Otto IV. wiederholt den Kreuzträgern von Bologna die Urkunde Friedrichs I. von 1175 Juli 27.

1210 April 10(?), Imola.

In nomine patris et filii et spiritus sancti.

a) Zehn Punkte in der Hs.

Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Imperatorie maiestatis a deo nobis iniunctum^a — iniuriam patientibus personis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis 1210, indictione 13.

Huius rei testes sunt Uuolfherus patriarcha Aquileiensis, Ubaldus archiepiscopus Ravennas, Henricus Mantuanus episcopus, imperialis aule vicarius, Gulliellmus Cumanus episcopus, Maynardus Imolensis episcopus, Gulliellmus marchio Montisferrati, Gualfredus Prunicella, Papiensis, imperialis curie iudex, et alii quam plures.

Datum apud Imolam quarto idus¹ Aprilis.

S. Maria Nuova zu Rom.

Friedrich II. befiehlt dem Iustitiar, dem Kapitan und den Richtern von Tarent, die Kirche S. Maria del Porto der Kirche S. Maria Nuova, der sie von seinen Eltern geschenkt worden ist, zu erstatten und deren Belästigung fürder nicht zu dulden.

1199 Mai 15, Palermo.

Fredericus dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue iustitiario, capetano et iudicibus Tarenti fidelibus suis salutem et dilectionem.

Mandamus fidelitati vestre et precipimus, quatenus receptis hiis litteris ecclesiam sancte Marie de Portu Tarenti restituantis ecclesie sancte Marie Nove de Roma et non permittatis ipsam ecclesiam exinde aliquatenus molestari. Volumus enim, ut ipsa ecclesia sancte Marie Nove et memoratam ecclesiam cum iustis tenimentis et pertinentiis suis de cetero pacifice teneat et quiete, sicut de concessione domini quondam patris nostri magnifici imperatoris et domine matris nostre serenissime imperatricis recolende memorie actenus dignoscetur tenuisse.

Dat. Panormi 15. Madii 3. indictionis.

Dr. F. Güterbock aus dem Codex der Universitätsbibliothek zu Padua 1625.

a) In dem Drucke der Urkunde Friedrichs I. — Stumpf, Acta imp. 523 n. 367. — ergänze Z. 2 *fidelium* nach *unicuique* und Z. 4. 5 lies *a deo inde meritum, ab hominibus iustitie laudem* anstatt *meritum [eternae] iustitie laudare*.

1) Das Itinerar verlangt: *quarto kalend. Aprilis*.

Bisthum Squillace.

Friedrich II. nimmt den Bischof R.¹, dessen Kirche und deren Zubehör in seinen Schutz.

1231 August, Melfi.

Fr. dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex.

Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod R. venerabilis Squillachensis^a episcopus, fidelis noster, nostre celsitudini supplicavit, ut personam suam, ecclesiam Squillacensem cum hominibus, bonis omnibus et rationibus aliis, spectantibus ad eandem, sub spetiali protectione et defensione nostra recipere dignaremur. Nos autem, benignum supplicationi sue prebentes assensum, personam eius et ecclesiam memoratam cum hominibus, bonis omnibus et rationibus aliis, ad eam pertinentibus pleno iure, sub spetiali gratie nostre protectione et defensione recepimus et habemus, mandantes universis et singulis, quatinus nullus sit, qui personam dicti episcopi et ecclesiam Squillacensem cum omnibus hominibus et bonis suis, que iusto titulo tenet et possidet, necnon et aliis rationibus et libertatibus suis contra presentis protectionis nostre paginam temere molestare vel perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostram se noverit incursum. Ad huius autem spetialis nostre protectionis memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Dat. in civitate Melfie anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Agusti^a quarte indictionis.

Dr. K. A. Kehr aus dem Original im Staatsarchiv zu Neapel.

Bisthum und Kapitel Troia.

Wie reich das Kapitelarchiv an ungedruckten Papst- und Königsurkunden sei, lehrte zuerst V. Stefanelli, *Memorie storiche della città di Troia* 1879. Eine Anzahl der wichtigeren sollte der zweite Band bringen; aber das bereits abgesandte Manuscript, — wenn ich recht berichtet

a) Sic!

1) Der Name ist unbekannt.

bin —, gelangte nicht in die Hände des Verlegers¹. Neuerdings hat dann P. Kehr die Aufmerksamkeit der Forscher wieder auf die noch ungehobenen Schätze hingelenkt². Er verzeichnet unter Anderem auch drei Privilegien Friedrichs II., 'da doch wohl sobald Niemand den entlegenen Ort aufsuchen wird'. Das war ein Irrthum, denn schon in nächster Zeit war Jemand in Troia; er ärgerte sich über die Oede des langen Weges von Foggia bis zum Fusse der Berge, über die elende Naturalverpflegung und den Mangel an Comfort, aber ihn entschädigten die Liebenswürdigkeit des Herrn Stefanelli, die schöne Ausbeute, die er mit seiner Hülfe machen konnte³, und der herrliche Dom⁴.

Friedrich II. gewährt den Leuten von Carmignano⁵ in Anbetracht der Treue und der Dienste, die sie seinen Voreltern und ihm erwiesen haben, Dürholz und Weide der Domaine Golfoniana, ihnen die bisher seinen Förstern gezahlten Abgaben erlassend.

1200 Mai, Palermo.

Fredericus dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Innatum est mansuetudini regie, fidelium suorum devotionem clementer attendere et eorum grata servitia dignis beneficiis compensare. Inde est, quod nos attendentes sinceram fidem et devota servitia, que vos, fideles nostri de sancto Laurentio in Carminiano, progenitoribus nostris pie et recolende memorie et nobis etiam prestitistis et adhuc excellentie nostre fideliter exhibetis, de consueta nostre gratia maiestatis concedimus et donamus vobis et hereditibus vestris in perpetuum, uti lignis mortuis et pascuis in terra demanii nostri de Golfoniana libere et absque ullo servitio, remittentes vobis et hereditibus vestris et vos penitus liberos facientes ab omni eo, quod hactenus pro ipsis

1) Heute befindet sich das Manuscript in der Bibl. della r. società Napoletana di storia patria. Nachrichten der k. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1900 S. 219. 2) Nachrichten 1898 S. 52. 3) Vgl. auch die beiden Urkunden, die ich in den Sitzungsber. der Berliner Akademie 1900 S. 152—153 veröffentlicht habe. Natürlich ist S. 153 *Reginus archiepiscopus* statt *Regine* zu lesen. 4) Nichts hat mich dagegen versöhnt, als ich, durch Nachrichten 1898 S. 309 verführt, den noch schlimmeren Weg von Monopoli nach dem trostlosen S. Giovanni Rotondo zurückgelegt hatte, denn die erhofften Inedita sind B. F. 1285. 1865. 5) Ueber die Lage des Ortes vgl. B. F. 1775.

lignis et pascuis forestariis nostris annuatim solvere consuevistis. Ad huius autem concessionis et donationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Data in urbe felici Panormi per manus Gualterii venerabilis Troiani episcopi, Panormitani ecclesie ministri licet immeriti et regni Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo, mense Madii tertie indictionis, regni vero domini nostri Frederici dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno secundo, feliciter, amen.

Aus dem Orig. des Kapitelarchivs zu Troia. Sack ohne Zeichen n. 14.

Friedrich II. gewährt auf Bitten des Bischofs Oderisio dessen Kirche das bei der Stadt gelegene Gut Staffilo, welches ihr nach glaubwürdigen Aussagen seine Voreltern geschenkt haben.

1210 November, Messina.

Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

Si liberalitatis nostre munere locis deo dicatis beneficia grata conferimus et necessitates ecclesiasticas nostro iuvamine relevamus, culminis nostri fundamenta firmantur, et hoc nobis ad mercedem et regni nostri stabilitatem liquido credimus profuturum, quod ecclesiis et locis venerabilibus, regis regum optentu, misericorditer elargimur. Inde est, quod nos volentes in conspectu divine maiestatis aliqua semper offerre, que deo grata resideant et accepta, ob illius intuitum, apud quem meritum non deperit, set augetur, de solita quoque nostre liberalitatis munificentia, ad instantiam precum tui, Oderisii venerabilis Troiani electi, karissimi nostri fidelis, perpetuo concedimus ecclesie sancte Marie Troiani episcopatus tenimentum terrarum prope ipsam civitatem, quod dicitur Staffilum. Quod predictarum terrarum tenimentum quorundam fidelium nostrorum et familiarium testimonio veridica^a comperimus et nobis constat assertionem a dive memorie progenitoribus nostris predictae Troiane ecclesie misericorditer elargitum^a, volentes et districte mandantes, ut sepefata Troiana ecclesia predictum Staffelum de cetero pacifice et quiete possideat et nullus

a) Sic!

ipsam exinde quocunque tempore molestare presumat. Ad huius autem concessionis et donationis nostre memoriam et robur perpetuo valituum presens privilegium per manus Andree, notarii et fidelis nostri, scribi et maiestatis nostre sigillo precepimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Data Messane anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo, mense Novembris tertie decime indictionis, regni vero domini nostri Frederici dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno tertio decimo, feliciter, amen.

Aus dem Orig. des Kapitelarchivs zu Troia. Sack A n. 60.

Friedrich II. bestätigt auf Bitten des zu ihm gereisten Bischofs Philipp, der ihm gute Dienste geleistet hat und leisten wird, dessen Kirche alle Freiheiten, rechtmässigen Gewohnheiten und Besitzungen, die seine Vorgänger ihr verliehen, namentlich das Gut Stafile, das seine Eltern ihr nach Ausweis der Urkunden geschenkt haben.

1220 August, im Lager vor Innsbruck.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Fredericus secundus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie.

Inter cetera caritatis opera, que domino inspirante largimur, illa potissima reputamus, que ecclesiis et locis deo dicatis pie ducimus conferenda. Inde est, quod notum esse volumus universis tam presentibus, quam futuris, quod accedens ad presenciam nostram Philippus venerabilis Troianus episcopus, fidelis noster, nobis humiliter supplicavit, ut ecclesie Troiane [lib]ertates, immunitates antiquas et rationabiles consuetudines ac possessiones et alia sua iura, que ex conc[essione b]one memorie felicium regum Sicilie antecessorum nostrorum habet, necnon et tenimentum, quod dicitur S[tafilem] ab inclite memorie divis augustis, parentibus nostris, eidem ecclesie concessum per privilegia inde facta, nostra dignaretur serenitas confirmare. Nos igitur attendentes devotionem ipsius episcopi, quam ad excellentiam nostram gerit, ac eiusdem grata servicia, que nobis exhibuit et poterit in antea exhibere, obtentu quoque reverentie beate virginis Marie, ad cuius honorem ipsa ecclesia est constructa, et pro salute nostra

et heredum nostrorum ac pro remedio animarum divorum augustorum, parentum nostrorum, ex gratia nostra concedimus et confirmamus eidem episcopo et ecclesie sue in perpetuum libertates, immunitates antiquas et rationabiles consuetudines ac possessiones et alia iura sua, que ex concessione felicium regum antecessorum nostrorum habet, necnon tenimentum, quod dicitur Stafilum, a divis augustis parentibus nostris sibi concessum, secundum quod continetur in privilegiis inde factis, volentes et presenti privilegio statuentes, quatinus nullus sit, qui dictum episcopum et ecclesiam ipsam de omnibus antedictis contra hanc nostram concessionem et confirmationem aliquatenus molestare presumat. Ad huius vero nostre concessionis et confirmationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium inde fieri fecimus, sigillo nostre celsitudinis roboratum. Anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in castris apud Isinbrugge anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo, mense Augusti indictionis octave, regnante domino Friderico secundo, dei gratia illustrissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno vero Romani regni eius in Germania octavo et in Sicilia vicesimo tertio, feliciter, amen.

Aus dem Orig. im Kapitelarchiv zu Troia. Sack A n. 61.

Friedrich II. bestätigt auf Bitten des Bischofs Philipp dessen Domkapitel, das ihm gute Dienste geleistet hat und leisten wird, den Zehnten aus den Einkünften des Baiulats zu Foggia, den seine Vorfahren ihm verliehen haben.

1220 August, im Lager vor Innsbruck.

Federicus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie.

Regie maiestati spectat ad gloriam, fidelium suorum devotionem attendere ac eorum iustis petitionibus benignius exaudire. Inde est, quod nos attendentes devotionem et grata servitia, que vos, capitulum Troianum, fideles nostri, nobis fideliter exhibuistis et poteritis in antea fidelius exhibere, ad supplicationem quoque Philippi venerabilis Troiani episcopi, fidelis nostri, concedimus et confirmamus vobis et successoribus vestris in perpetuum decimam in baiulatione Foggie, concessam vobis a recolende memorie felicibus regibus Sicilie, antecessoribus nostris, secundum

quod in eorum privilegiis plenius continetur, volentes et presenti privilegio statuentes, quatenus nullus sit qui vos, capitulum Troianum, de supradicta decima contra hanc concessionem et confirmationem aliquatenus molestare presumat. Ad huius autem nostre concessionis et confirmationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum scribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in castris apud Isinbrugge^a anno dominice incarnationis 1220, mense Augusti indictionis octave^b, regnante domino nostro Friderico secundo dei gratia illustrissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno vero Romani regni eius in Germania octavo, in Sicilia vigesimo tertio, feliciter, amen.

Aus Aceto, Troia sacra I, 223, der dem jetzt verlorenen Orig. Sack V n. 14 folgte.

Manfred befiehlt dem Magister Jurato von Troia auf Klage des Erzpriesters und Kapitels von Foggia, sie würden durch das Kapitel von Troia am Bezuge des Zehnten aus den Einkünften des Baiulats behindert, endgültig die verklagte Partei aufzufordern, dass sie sich am 3. Tage nach der Ladung im Grossgerichte den Richtern über geistliche Angelegenheiten stelle.

1259 Februar 27, Foggia.

Manfredus dei gratia rex Sicilie magistro Iurato Troie, fideli suo etc.

Querelam archipresbiteri et capituli Fogitani recepit nostra serenitas, continentem, quod Troianum capitulum per contradictionem et petitionem decimarum descendendum ex proventibus nostre baiulationis Fogie, regali curie sepius iteratam, impedit eos, quominus predictas decimas, in quarum possessione fuerunt et sunt a retroactis temporibus usque nunc, a regali curia percipere valeant et habere. Quocirca fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus dictum Troianum capitulum peremptorie cites, ut tertio^c post citationem tuam in magna nostra curia se presentent coram cognitoribus ecclesiasticarum questionum per nostram excellentiam ordinatis, facturis et recepturis,

a) *Sarburge.* b) *indictione octava.* c) *sc. die.*

quod postulat ordo iuris, coram quibus formam presentium presentes^a, et quicquid inde feceris nostre curie rescripturis.

Datum Fogie penultimo februarii secunde yndictionis.

Aus dem Original der Ausführung vom März 1259.
Troia, Kapitelarchiv. Sack R n. 14.

a) Von mir ergänzt.
